

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Temptatio ah  
cum uariis

Non desinit antiquus hostis temptationum laqueos ubique pretendere ut quoquo modo fidem credencium ualeat corrumpere. Nouit enim cui illecebras carnis ingerat, cui uirus inuidie infundat, cui incitamenta luxurie apponat; nouit quem merore conturbet, quem gaudio fallat, quem metu opprimat, quem admiratione seducat; omnium discutit mores, omnium uentilat causas, omnium scrutatur affectus; et ibi querit causas nocendi, ubi uiderit quemquam diligentius occupari.

Leo papa in sermone.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

Temptatio ah] Temptatio ak P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; temptationum laqueos *om.* (*cor. in marg.*) M;  
ubique] vbiuis L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; fallat] fallet B C; opprimat] opprimet B C; seducat] seducet B C